negligens / et quia ideo vera comparacio
sit ad finem pertinens ad prudenciam
ideo negligencia pertinet ad imprudenciam
Et hoc eciam quia opponitur sollicitudini
que ad racionem pertinet, cuius rectitudo
pertinet ad prudenciam / patet quod negligencia
opponitur prudencie. Est autem negligencia
peccatum quod importat defectum debiti actus
propter debite sollicitudinis / et est peccatum
mortale, quando aliquid per negligenciam
pretermittitur quod est de necessitate salutis
vel quando negligencia ita remittit
voluntatem circa ea que sunt dei, ut totaliter
a dei caritate deficiat / et hoc precipue
contingat quando negligencia fit ex
contemptu. Sed si pretermittatur aliquid
quod non sit de necessitate salutis nec hoc
fiat ex aliquo contemptu sed ex de-
fectu fervoris qui impeditur aliquando
per aliquod peccatum veniale / tunc negligencia
29 est tamen peccatum veniale 2a 2e q. 129 ar. 1.

Obediencia

Sicut in naturalibus
inferiora subduntur superioribus
Sic in humanis inferior tenetur obedire
superiori. Unde et obediencia magna
virtus est, quia facit servare ordinem
a deo institutum / et est specialis virtus
quia eius obiectum est speciale, puta preceptum
superioris tacitum vel expressum. Voluntas
superioris quocumque modo innotescat
preceptum est / et tanto obediencia
est promptior et melior quanto ex-
pressum preceptum prevenit voluntatem supe-
rioris intellectam. Immo est maior virtus
inter virtutes morales quia
facit contempnere propriam voluntatem propter
deum, que est maius bonum inter bona
humana. Unde et omnis virtus habet racionem
meritorum ex obediencia ad deum
contingit quia etiam bonum aliquis faciat
si preter hoc non intendat implere divinam
voluntatem quod est deo obedire non est meri-
torium. Et quod homo tenetur voluntatem
suam voluntati divine conformare formaliter
scilicet quod velit in divinam iusticiam dei
et ordinem necesse servari / sed materialiter
non tenetur. Unde non teneor velle
mortem patris mei quia nec deus
vult me hoc velle. Sciendum vero
quod subditi tenentur suis superioribus
obedire in licitis et in hiis quibus
eis subiciuntur. Ita si superior pre-
cipiat aliquid illicitum, puta quod est
contra deum aut contra prohibicionem supe-
rioris non est sibi obediendum, quia oportet
obedire magis deo quam hominibus et
semper preceptum inferioris est contempnen-
dum propter preceptum superioris. Si tamen sit
dubium utrum id quod precipitur sit licitum
vel illicitum tenetur obedire, nisi
forsan esset tale quod in quo nullo modo
ignorancia esset excusabilis, puta contra
articulos fidei precepta vel prohi-
biciones vel generale statutum ecclesie

alias bonum sine quo potest esse salvus
debet aliquis dimittere propter bonum obediencie.
Si vero superior precipiat alicui inferiori
in quo ei non subditur non tenetur sibi
obedire. In hiis ergo que ad interiorem
motum voluntatis pertinent non tenetur
homo homini obedire, sed in hiis que exterius
per corpus sunt agenda, sed nec in hiis
tenetur quo ad ea que naturalia sunt, ut in necessariis
sustentacione et prolis generacione. Unde in
matrimonio contrahendo vel virginitate
servanda omnis homo est liber. In aliis
tenetur quis obedire superiori secundum racionem
superioritatis. Tenentur autem laici
obedire prelatis ecclesiasticis in
hiis ad que se in baptismo obli- 15
gaverunt, scilicet ut teneant fidem B.
cum operibus, et ut abrenuncient dyabolo
et omnibus pompis eius. Clerici
non tenentur obedire in hiis que
pertinent ad officium clericale, et
religiosi in hiis que continentur
in regula et statutis ordinis,
et in hiis que in illis implicite
continentur, ut mutua obsequia,
officia et huiusmodi. Et hec obediencia est
sufficiens ad salutem. Perfecta
tamen obediencia est que obedit in omnibus
licitis, sed illa que obedit in illicitis
~~[illegible]~~ est indiscreta. Unde si
prelatus precipiat aliquid contra regulam
sictum scilicet quod prelatus in tali casu
non potest dispensare, quia regula
vel constitucio prohibet, non debet obedire.

Apostolum et tenentur secularibus potestatibus
obedire, fides enim Christi non tollit or-
dinem iusticie qui requirit ut inferiores superi-
oribus obediant. Aliter enim non posset
humanarum rerum fieri rerum status servari.
Si tamen sit potestas usurpata vel si
si princeps precipit aliquid illicitum non
tenetur obedire nisi propter vitandum scan-
dalum vel periculum. Et non quia ob-
ediencia quam habet aliquis de suo ubi compassi-
tur modica ut nulla est, quam autem nichil
habet de suo ut in asperis tunc maior
est, et hoc secundum ea que foris patent, apud
deum tamen qui cor intuetur ea que aliquis habet
de suo potest esse maior quam si homo nimis
devote tendit ad implecionem precepti.

Obduracio

Uno modo est idem quod actus voluntatis
obstinate, et hoc modo deus non est cau-
sa, quia nullus potest esse causa nisi in
ordine ad seipsum, secundum quod in Compendio.
Unde cum peccator semetipsum separat a
deo, actus autem voluntatis obstinate
non potest esse ordinatus ad deum cum
sit formaliter quedam aversio ab ipso.
Alio modo obduracio est idem quod
graciam mollificantem non dare.
Et hoc modo deus potest esse causa ob-
stinacionis, quia iuste potest alicui sub-
subtrahere graciam in penam peccatis prece-
dentis. Nam per hoc deordinacio que per
peccatum facta est reordinatur et

ho ipe instinctu ut sciat quod a se ipso
nichil boni potest habere. Sed utrum ista
obduracio eciam habeat in presito dicunt
quidam quod deus est causa eius primo ideo quod
quando operatur cum creaturis solo bene pla
quod operatur cum ... non sic vult operari quia non habet causam
nec sic volt operari ...
porem ... ut ... sic ut sic velit
Unde apostolus ro. 9. Cum nondum nati
essent nec quicquam boni egissent nec mali
ut secundum electionem propositum dei maneret
non ex operibus sed ex vocante dictum
est maior serviet minori. Alii
dicunt quod predestinacionis et obdu
racionis ut a deo sit nulla causa nisi
finis est bonitas sua nec ut
efficiens nisi voluntas dei secundum ut tractatur
ad hoc ... ut ... necesse est assignare
racionem propter quod hic actiones quae sunt ad
finem conveniat finem ita cum nisi
equales non sit electio si deus aliquem
elegit pro alio necesse est aliquam
differenciam eligi a non electo quia aliter
non esset electio sed accepcio secundum
quosdam et si non est conveniencia
eius quod eligitur ad electionem iam iniusticia
non cerneret cum ... nec actus et
ita bonus et ... sicut si assit
tunc congruencia. Dicunt quod isti
quod omnibus in peccato existentibus iacentibus
deus immittit quendam instinctum non
... sed ... quo cogitet
se esse in malo statu et quod isti
instinctui cooperatus fuit per liberum
arbitrium sit in illo instinctus de

... cum si iterum bene fuit
cooperatus infundit ei deus graciam
quandam gratis datam maiorem et
... et hanc iterum si bene utitur
augmentat et sic tandem ea bene
utenti et cooperanti infundit
graciam gratum facientem ille quod
bonus usus liberi arbitrii in uno et
non alio est illud quod predestinatus
sive convenit predestinacioni. Dicunt
ex alia parte abusus et non cooperari
est id quo reprobatus sive convenit
reprobacioni. Ista tamen racio non est
racio quare semper istum cadit talis actus
divinus sed est racio sive quod non habent tamen
racionem investigare de illo ut de illo
nobis non est possibile sed soli deo notum
est. Et ideo exclamat apostolus O
altitudo diviciarum sapiencie etc.
Bro. Alii vero dicunt quod predestinacionis
non est aliqua racio per quam precedens respectu
predestinacionem ex parte predestinati
Deus enim tamquam ordinatissime omnia
velit necessario prius volt predes
tinatis ipsum finem qui est eterna beatitudo
quam ea quae sunt ad finem puta graciam
et opera meritoria. Reprobacionis et
obduracionis est aliqua racio ex parte
reprobati. Dampnacio enim non est
bona nisi quia iusta non potest autem esse
iusta nisi sit culpa et ideo deus non
volt prius punire quam videat aliquem
esse peccatorem. Dicunt quod isti sicut
hic petrus predestinatus et salvandus
iudas reprobatus et dampnandus

In primo quo instanti deus michi
volt iude, sed tamen est ibi negatio
voluntatis gratie et similiter in secundo instanti iterum
cum volt peccatorem gratiam adhuc
nullus actus voluntatis est circa iudam nec tamen
negatio. In 3o instanti cum volt
petrum de massa perditionis per
peccatum, tunc volt iudam similiter non
permittere esse filium perditionis et
hic primus actus positivus difformis
est circa petrum et iudam et ex
isto actu est in deum iudas et
finaliter peccator potius aliis ne-
gationibus scilicet quod non volt sibi dare
gratiam nec gloriam. In quarto quo
instanti offertur iudas voluntati divine
ut finaliter peccator et tunc volt
iuste punire et reprobare iudam.
Nota maior quod non potest similis processus
in reprobatione et obduratione bona enim
omnia ascribuntur deo principaliter
mala autem nobis. Non sic initio
predestinat, non tamen sic ratione re-
probat. Ad hunc alii dicunt quod
predestinatio et reprobatio nullius ponunt
in deo, sed tamen denominatur predesti-
natus et reprobatus ex hiis actibus
qui in nobis fiunt, et predestinationis
nullum est in nobis meritum, sed totum
est ex dono dei quod quilibet donum
non est ad quod idipsum, quod dicimus
initium predestinationis et ideo non
dicitur predestinatio nec denominatio

fecit ex illo bono quod ipse in homine
fuerit. Est tamen in nobis meritum
reprobationis, quia deus dicitur reprobare
nos ex defectu qui in nobis ex nobis
est non ex deo. Credo quod totum deo
se committit quod ille securus est in hac
parte, et quod volt quod deus sic ordina-
verit quod det vitam cui volt et non
det cui non volt. Sicut et de
facto est secundum illud apostoli Cui volt miseretur
et quem volt indurat, quia in per hoc
ostendit se esse predestinatum confor-
mans scilicet voluntatem suam voluntati divine, sed
ille qui tale dei iudicium reprehendit
et vellet quod deus sic non ordinasset
ille per hoc se ostendit reprobatum, quia
plus timetur deviat ipse quod inscia
det divine in eo quod vellet deum
non sic preordinasse, sed illi dare
vitam eternam qui eam posset per bonum
opera promereri. Ideo autem tot hic
magnorum recitavi opiniones ut
videatur facultas huius materie quod
reputo ad plenum non posse
enodari nec tamen videbimus deum
sicuti est. Ibi enim videbimus quomodo
deus habeat omnium cognitionem infalli-
bilem et homines esse liberi arbitri
preter se opati. Tutissimum tamen est
ut ex magnorum dictatione
didici in hac materia magis
sic arguere quod solvere, tamen et ar-
hic modo arguendi utatur in ostendendo
quod non omnia eveniunt ex necessitate

i pa pe q. 86. ar. 1.

Oblacio

Oblaciones ptinet ad sac-
dotes prochiales / qr medij
st int pplm et deu / et habet
pplm docere et sacramentu eis
ministrare / et oblacoes eorum ad
deu offerre / et et pro pctis eorum
orare / et pro qbus offerunt hui(us)
oblacoes Sacerdotes aut no
solu debet hmoi oblacoes in usus
suos dilte s3 fidelr in cultu
diuinu expende et paupibus
erogare. Pauperes ai. de tri-
bus si pt fr st sustentandi
et minist altaris / Religiosi
tn pnt et oblaces recipere
ut in qbus paupes st ul minist
altaris / ul et si prochie st
eorum Et sciendu qr lz oblaces
de sui roe heant qr sint vo-
luntarie pt tn stingere qr
aliqs ad oblaces teneatur
quadruplici roe / primo ex
precedenti conuencoe / ut cu fu-
dz alicui ecce credit ut fiat
oblacoes ctis teporibus qr
tn hz roem census // 2o ex
percepti dimissioe / ut cu aliqs
donat ~~...~~ ro ecce noie
testamenti ul donacoem int
viuos i posteru soluenda
3o pp ecce necitate / put si minist
ecce no heat vn sustetent
4to pp csuetudine / qn s. co-
suetudo e oblaces ctis tpribus
offerri In hijs tn duobus ul-
timis casibus oblao remanet
voluntaria et qntu ad qntitate
et qntu ad spem rei oblate
si tn oblacio no soluatur
pnt no soluetes puniri
pp subtractione sacrorum / no
pp sacerdote cui oblacoes sol-
uende st / ne videatur pp sa-
cramentorum ob exhibicione
aliqd exige s3 p aliqo supi-
ore Nota tn qr quorundam
oblacoes no recipit ecclia
in detestacoem ominis in q iacet
s. notorie dissiden Item
eorum q opprimut paupes Ite
raptorum et vsurariorum Ite
meretris ut pp aliqd aliud
crimen notoriu et horrendu
Ite violanciu emunitate
nec emendare volenciu Ite
hereticorum publicatorum et excomu-
catorum Ite de nullo dz fi ob-
lacio qr in alti(us) cedit detrimetu
Vn filij no dz offerre ~~ou pat~~
de quo prem dz sustentare

22e greto fura 2

Obseruancia

Est virtus per quam colimus et honoramus personas dignitate constitutas tanquam preces spirituales. Nam personis in dignitate constitutis debetur honor per modum debiti legalis sicut superiores. Sed si non sunt superiores debetur eis
hon per modum debiti moralis, et hoc ratione excellencie. Sed ratione officii gubernacionis debetur eis cultus obsequiosus quo corpore proprio eis obedit et vicem beneficiis suo modo rependit.
p[rim]a s[ecun]de q. 19 ar. 1 Prima secunde q. 19 ar. 1.

Odium

Causa odii est malum repugnans et amor inflammans, sicut enim bonum est causa amoris propter sui convenienciam, sic malum est causa odii propter sui dissonanciam. Prima tamen malum non oditur nisi ut repugnat bono amato, ideo amor est causa et radix odii. Unde et nullus potest seipsum odire, naturaliter unusquisque vult sibi bonum et seipsum amat, per accidens potest tamen aliquis dici seipsum odire, ut quia bonum quod vult est simpliciter malum, et secundum quod bonum vel quia vult ea que sunt bona corporis et contraria rationi estimans se esse id quod est secundum naturam corporalem.

Et nota quod veritas secundum se non potest odiri, sicut nec bonitas quia eius verum bonum convertitur. Inquantum tamen contrariatur bono proprio sic potest odiri quod sit triplicatur, primo cum aliquis odit ipsum verum, puta cum vellet non esse verum quod est verum. 2º modo cum aliquis vult ignorare veritatem ut liberius possit peccare. 3º cum aliquis odit quod alter veritatem eius sciat peccatum consciencie cum ipse in peccato velit latere. Queritur quod 3 odium dei et odium proximi odium dei est cum aliquis detestatur deum non ut in seipso visum cum sit ipsa bonitas quam odiri non potest, nec ut apprehenditur ut causa aliquorum effectuum qui nullo modo possunt esse voluntati contraria ut sunt esse vivere et similia, sed possunt apprehendi ut causa effectuum contrariorum voluntati deordinate ut est inflictio pene et cohercio culpe, et hoc odium est maximum peccatum quod per se avertit voluntatem hominis a deo in quo consistit ratio peccati. Alia autem peccata avertunt a deo mediante conversione ad bonum commutabile. Unde et est peccatum in spiritum sanctum, quamvis ex electione procedens non tamen computatur inter species peccati in spiritum sanctum, quia generaliter invenitur in omni specie ipsius. Odium autem proximi est detestacio ipsius quantum ad naturam iusticiam et graciam ipsius, et quod debemus ipsum quantum ad hec ex caritate diligere, ideo odium ipsius

contrarium ad hoc tamen licet de ratione mali quamvis amor caritatis licet de ratione boni. Peccata tamen et defectus proximi quae sunt contra deum debemus odire quamvis hoc odium esset ad eius dilectionem pertineat. Eiusdem enim rationis est diligere bonum alicuius et odire malum eius et ideo odium proximi semper est peccatum primo et maximum peccatum inter alia peccata quae committuntur in proximum et hoc in quantum gravitas peccati attenditur ex deordinatione peccantis. Odium enim deordinat voluntatem hominis quae est potissimum in homine et radix peccati nam exteriores actus qui deordinati non habent rationem peccati nisi ut a deordinata voluntate procedunt. Sed si attenditur gravitas peccati ex nocumento illato sic exteriora peccata sunt graviora. De hoc in hiis videbitur. Invidia, ira, tristitia. // Oritur autem odium ex invidia; odium enim causatur ex tristitia nam tristitiam odimus. Invidia autem est quaedam tristitia de bono proximi. Unde odium frequenter oritur ex invidia ratione obiecti licet possit oriri ex ira dispositive quia ira continuata parit odium.

Oracio

Oracio est actus quidam racionis practice deo exhibens reverentiam et decentiam ab ipso impetrativus. Ita quod oratio est actiua per modum inductionis, est enim petitio decentium a deo. Ideo est actus rationis practice. Exhibet enim deo reverentiam in quantum deo per eam se subicit orans et eum indigere confitetur tamquam auctore bonorum suorum. Res enim humane divine subduntur providentie et tamen non eveniunt ex necessitate cum divina providentia sit infallibilis, et quod de ordinatione aliqua sunt per effectus nostros tamquam per aliqua media. Ideo oramus deum non ut eius dispositionem immutemus sed ut impetremus quae deus per orationem sanctorum decrevit adimplere. Unde oratio est impetrativa decentium, quamvis tamen oratio nobis utilis est ad hoc ut per eam digni efficiamur percipere a deo et ut fiduciam habeamus recurrendi ad deum. // Sciendum vero quod orare debemus deum et sanctos, deum autem principaliter quia ab ipso solo nostra oratio est adimplenda. Oratio enim fit ad optinendam gratiam et gloriam quae a solo deo sunt. Debemus autem a deo petere determinate ea quibus non possumus male uti, ut sunt ea quae pertinent ad beatitudinem vel in se vel acquirenda. Unde psalmista: Unam petii a domino hanc requiram. Sed ea quibus et bene et male uti possumus non debemus determinate petere sed magis deo committere qui scit quae sunt nobis utilia et quae non. Temporalia autem non debemus ab eo petere ita ut finem in eis

Constituamur, sed ut sunt nobis ad corporis sustentacionem, et ut instrumenta sunt virtutum. // Et non solum pro aliis debemus orare, karitate enim tenemur aliis desiderare bonum quod nobis desideramus, petere debemus pro solis predestinatis exaudiendum et quia ignoramus qui sunt predestinati et qui non, ideo pro omnibus orare debemus, sive pro iustis sive pro malis et pro inimicis, pro iustis quidem ut perseverent, quia preces multorum facilius exaudiuntur et ut pro nobis gratias agant et ut quilibet recognoscat se indigere suffragiis minorum et per hoc non superbiat, pro malis autem et inimicis debemus orare ut convertantur, et eo modo tenemur orare pro inimico quo tenemur ipsum caritative diligere, quia orare pro aliis est actus caritatis. Imprecaciones que in scriptura sacra ponuntur intelliguntur quattuor modis. Primo modo per modum pronunciacionis prophetice. 2o modo per modum correctionis, licitum enim est temporalia mala desiderare ad correctionem malorum. 3o modo per modum detestacionis peccati in spiritu scilicet talia desiderantur non contra personas sed contra regnum peccati. 4to modo per modum conformitatis voluntatis nostre ad divinam iusticiam circa dampnandorum perseverantiam in peccatis. // Circa orationem vero dominicam quam deum oramus est sciendum, quod quia deum oramus non ut ipsum flectamus sed ut in nobis fiduciam postulandi excitemus que excitatur consideracione caritatis eius qua nobis vult bonum, ideo dicimus. // Pater noster, et eius excellenciam quam ideo addimus qui es in celis. Et tunc sequuntur septem peticiones. Prima est Sanctificetur nomen tuum, quia petimus gloriam dei, et hec peticio pertinet ad dilectionem ipsius. Secunda est Adveniat regnum tuum, quia petimus nobis gloriam et hec pertinet ad dilectionem nostram in deo. 3a est Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra, quia petimus ut precepta dei sic obediantur ab hominibus sicut ab angelis. 4ta est Panem nostrum cotidianum da nobis hodie quia petimus panem sacramentalem quo instrumentaliter ad beatitudinem ordinamur, in quo et alia omnia sacramenta intelliguntur; potest tamen per panem illum intelligi sufficiencia omnium victualium. Quinta est Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. quia petimus a nobis excludi peccatum quo a perceptione beatitudinis impedimur petens autem si non dimittit in se peccantibus sicut dicit orando non mentitur, quia hoc non dicit in persona sua, sed ecclesie in cuius persona veri-

pr nr / nota

ficat(ur) no(n) t(ame)n co(n)cedat(ur) u(e)l dimittat
Sep(tim)a e(st) Et ne nos inducas in tempt(ati)o(ne)m
q(ua) petim(us) excludi a nob(is) tempta(ti)o(n)es
q(ue) impediunt nos ab obs(er)uac(i)o(n)e
diuine vo(lun)t(at)is na(m) p(er) h(oc) no(n) petim(us) ne
tempte(mur) s(ed) ne a temptac(i)o(n)e vincam(ur)
Septi(m)a e(st) Sed libera nos a malo
q(ua) petim(us) a nob(is) auferri penalitates
p(rese)ntes q(ue) i(m)pediunt sufficiencia(m) vite
His au(tem) petic(i)o(n)ib(us) corr(espondent) vij
doni sp(iritu)s s(an)c(t)i s(ecundu)m ordine(m) ondedo
Orare a(utem) debem(us) s(an)c(t)os q(ui) i(n) v(er)bo
no(n) solu(m) s(an)c(t)a s(ed) (et) affec(ci)ones n(ost)ras
(cor)respondent mag(is) p(er) ip(s)or(um) s(un)t reuer(en)di
no(n) ut p(er) eos de(us) petic(i)o(n)es n(ost)ras
cog(no)scat s(ed) ut eor(um) p(re)cib(us) (et) m(er)itis
sorciant(ur) effectu(m) Et sciendu(m) q(uod)
de(us) voluit ut s(an)c(t)os rogarem(us)
triplici ex ca(usa). Primo p(ro)p(ter) n(ost)ram
i(n)opiam i(n) merendo i(n) co(n)templando
in amando / In merendo ut ubi
meri(tum) no(n) suppetit merita p(at)ro(n)(orum)
cinent(ur) aliena / in contempla-
do / ut q(ui) no(n) possu(mus) sumam
luce(m) aspicere in se aspiciam(us)
in s(an)c(t)is. In amando / q(uia) miser
homo se mag(is) sentit affici circ(a)
vnu(m) s(an)c(tu)m q(uam) (etiam) circa deu(m) · id(e)o (com)passi(us)
n(ost)re inopie voluit nos rogare
s(an)c(t)os / 2o p(ro)p(ter) s(an)c(t)or(um) gl(ori)am / q(uia) n(am) deus
vult s(an)c(t)os suos glorificare / vult
p(er) eos miracula fieri in corp(or)ib(us)
et salute(m) in a(n)i(m)ab(us) / ut ip(s)os
laudem(us) (et) h(oc) no(n) t(ame)n p(er) sup(re)mos
s(an)c(t)os / s(ed) (etiam) p(er) infimos / vn(de) sicut
aliq(ui)s sanat(ur) corp(or)alit(er) invoca(n)-
do linu(m) (et) no(n) invocando petru(m) /
sic (et) sp(irit)ualit(er) / q(uia) de(us) vult hono-
rari o(mn)es suos s(an)c(t)os / 3o p(ro)p(ter) dei
reuerencia(m) / ut peccator q(ui) deu(m) offend(it)
q(uod) no(n) audeat deu(m) in p(ro)p(r)ia p(er)sona
adire s(ed) amicor(um) ei(us) p(at)rocini(u)m
i(m)plorare. Sicut a(u)t(em) nos oram(us)
sic (et) ip(s)i deu(m) p(ro) nob(is) orant / Vi-
dent n(am) n(ost)ram necessitate(m) et q(uod)
indigem(us) ab eis releuari.
Deus (et) vult ut vnu(m) me(m)bru(m)
aliud releuet / et id(e)o orat p(ro) nob(is)
maxi(m)e cu(m) h(oc) req(ui)rat corp(or)is caritas
q(ue) i(n) eis e(st) p(er)fecta. Impetrant n(am)
id q(uod) de(us) p(er) eor(um) orac(i)o(n)es decreuit
adi(m)pleri. Orant (et) (etiam) p(ro) gl(ori)a corp(or)is
sui q(uam) no(n)du(m) habent. Impetrant
n(am) et nob(is) (et) m(er)ito suo (et) affec-
tu(m) m(er)ito q(ue) p(re)cedenti quo deo fide-
lissimo s(er)uierunt / (et) t(ame)n locu(m)
sine m(er)itis s(un)t adepti / ut no(n)
solu(m) sibi gl(ori)am meruerunt / s(ed)
(etiam) aliis suffragium possint
(com)Multa n(am) sup(er)erogauerunt
Affectu a(u)t(em) q(uia) amici dei f(ac)ti s(un)t
Amicicia a(u)t(em) e(st) id(em) velle (et) nolle
Et id(e)o cu(m) s(an)c(t)i aliq(ue)m amant co(m)-
pellunt deu(m) / ut ita dicam (etiam)
illu(m) diligere. // Vn(de) b(ea)ta virgo
multos peccatores d(icitu)r reco(n)ciliare
deo Q(ueritu)r p(ro) q(ui)b(us) s(an)c(t)i porrigunt
p(re)ces / aut p(ro) hiis quos vident
deu(m) velle saluari / a(u)t p(ro) hiis q(uo)s
de(us) non vult saluare / (et) tales
p(re)ces s(un)t cass(a)e. Dico q(uod) no(n) est

necessarium scientes scire deum velle
ut non velle salvare eum quod quo
rogant / nec deum velle ut non
velle eos exaudire / sed secundum de-
reuelacione de oracione porrecta
a nobis sanctis dirigit peticionem
nostram in dei voluntate ut suis meritis
deus exaudiat si sibi placet
Vel potest dici quod posito quod sanctus
sciret deum velle petrum sal-
vare non frustra porrigeret
preces / quia ad istum finem puta
petri salutem deus ordinat
plura media inter que computat
preces huiusmodi sancti Et nota quod oracio
communis que fit a ministris ecclesie
debet esse vocalis et sonora ut
sic populo innotescat in cuius
persona offertur / hec non tamen est necesse
in oracione privata que offertur a
singulari persona Aliquando autem
adiungitur vocalis oracio propter tria
Primo ut per hoc mens fortius
ad devocionem excitetur / 2o ut
sic homo mente et corpore deo
famulat a quo utrumque habet / 3o ex
redundancia cum devocio mentis
ab anima in corpus redundat ex
vehementi affeccione Notandum
est quod oracio vocalis est meritoria /
impetrativa et devocionis excita-
tiva. In quantum est meritoria et impe-
trativa sic sufficit actualis in-
tencio sit de bonis esse ipsius tamen
spiritualis sufficiat / Vis enim sine

interrupcionis quod aliquis ad orandum
accedit reddit totam oracionem merito-
riam et impetrativam / dummodo evagacio
non fiat ex proposito / quia si fiat ex
proposito est peccatum et impedit fructum
oracionis. In quantum autem est devocionis excita-
tiva / sic necessario ad eam requiritur
actualis intencio non illa que [illegible] in-
tenditur ad sensum verborum sed ad finem
oracionis scilicet ad ipsum deum Debet autem
oracio esse continua quantum ad suam causam
que est desiderium caritatis quia huiusmodi de-
siderium debet in nobis esse continuum vel
actu vel virtute. In se tamen non potest
esse continua quia oportet hominem circa alia
intendere / debet tamen tamdiu durare
quamdiu potest esse excitativa devo-
cionis interioris ad quam ordinatur
Sed quando sine tedio durare non
potest tunc non est ulterius protendenda
Et similiter dico de oracione communi per
comparacionem ad populum Dicitur tamen aliquis
continue orare ut propter continuitatem
desiderii vel quia non intermittit
quin statutis temporibus oret vel ipsum
propter oracionem magis devotus
manet / vel quia alius beneficium impen-
dit quod [illegible] orat / eos tamen ipse
ab orando cessat Sciendum est
quod oracio est meritoria ex radice
caritatis quia caritatis obiectum est bonum
eternum cuius fruicionem meremur per
oracionem / procedit tamen oracio a cari-
tate mediante religione cuius actus

cōiūcantib9 aliis virtutib9 q
ad eius bonitatē rq̄runt̄ .s. huilitas
et fides. Religio .n. deo orōem
offert. Ad caritatē ptinet desi
derium rei q̄ fides petit. fides
autē dat fiduciā optinendi. Sꝫ hu
militas ꝓpria indigentia facit
recognoscere. Deuocio est necaria
cū sꝫ h̄ ad religionē ptinet cui9
ē ꝓprius act9 necr̄ius ad oēs alios.
Ꝙtes. Sꝫ efficacia impetrandi
ē ex gr̄a dei, q̄ ad orand9 nos
inducit Concurrentib9 aūt q̄tuor
cōdicōib9 sꝫ hō impetrat qd
petit. Pu̇ si h9 petat pro se.
ꝑseuerant̄ ad salutē utilia et
p se. Pu .n. qs petat qd ē sibi
nociuū p9 cōplementū petī
nō petit pro et io nō meret̄
sꝫ meritū amittit. Cum aūt aliqs
petat ea q̄ nō sṫ saluti utilia
licꝫ nō direcē cōtrariet̄ saluti
nō semꝑ audit̄ licꝫ possit ꝑ
h̄ mereri vitā etnā, qr de9
meli9 scit qd expediat. Cum
aūt aliqs petit q̄ ad salutē
sṫ utilia p̄cul dubio optinet
q̄uis aliqñ nō statim. q̄dā
nō negant̄ sꝫ differunt̄ ut tō
grō tpe dent̄. ptr tñ impedim
si petens in petendo nō ꝑseuet.
Rima vō hō nō pt ex cōdigno
alti mereri vitā etnā. nec ꝑ
cōns ea q̄ ad vitā etnā ptinet
io nō semꝑ audit̄ q̄ꝑ alio orat.

Peccor aūt in q̄ū peccor puta
sc̄m desiderium peti orans non
audit̄ ex ira, sꝫ aliqñ ex mi
sericordia. Deus .n. q̄dā negat ꝓpi
ci9 q̄ aliqñ cōcedit irat9. Pecca
tor tñ nō orans ex bono nē desi
derio audit̄ nō ex iusticia qr h̄
nō meret̄ sꝫ ex pura misericordia.
Peruatis tñ 4or cōdicōibus
p̄dictis, vn̄ q̄uis ut sic nō pos
sit mereri, qr meritū amitit̄ iusti
tia pt impetrare, qr h̄ innititur̄
misericordie. 2a 2e. q. 169. ar. 1. 2a 2e. q. 169

Ornatus

Circa ornatū et apparatum
exteriorem, i pli pt ēē viciū
uno° ꝑ superhabundancia et h̄
i pli. Pmo mō cū aliqs ꝑ h̄ 9
querit̄ gl̄am qd excludit humilitas
2° mō qn̄ querit in his delicias qs
excludit ꝑ se sufficiencia. 3° cū
aliqs in talib9 apponit nimia
sollicitudinē qd excludit sim
plicitas. Scdo mō ꝑ defcm et
h̄ duplicit̄ pmo cū qs ex q̄dā
negligencia nō adhibꝫ studium
ut exteriori cultu vtat̄ qd ꝑti
net ad molliciem. 2° cū quis
defcm taliū ad gl̄am ordinat
qd ptinet ad iactanciā. Ter°
cū qs utit̄ h9 ornatu cōtra
cōsuetudinē eorꝫ cū quib9 cō
uersat̄. Psone tñ in dignitatib9

Istituti et ministri altaris possunt
uti preciosioribus vestibus quam alii
non propter suam gloriam sed ad significandum
excellenciam sui misterii et
cultus divini. Circa ornatum vero
mulierum notandum quod si mulieres marita-
te ad hoc se ornent ut viris suis
placeant ne propter eam despectam
viri in adulterium labantur non
peccant dummodo sobrie et cas-
te se ornent. Sed mulier non
maritata vel non maritum
intendens vel exponens in statu
non nubendi si se ornat ut
viris placeat et eos provocet
peccat mortaliter quia hoc est eis dare
incentivum peccandi. Sed si ex
levitate vel vanitate aut propter
iactanciam quandam faciat non
semper est peccatum mortale sed quandoque
veniale. Et eadem non quantum ad hoc
est de viris. Maritate et mulieres
non debent nudatis crinibus
incedere nisi in necessitate vel si ali-
cubi sit contraria consuetudo quamvis
illa non sit laudabilis. Quamvis
et eis non liceat adulterinos
sibi colores facere, licite tamen possunt
occultare turpitudinem suam acci-
dentem ex aliqua causa accidentali. Adhi-
bentes autem huiusmodi colores ut fic-
menta ad apparentem pulchritudinem
peccant mortaliter quando hoc faciunt
propter lasciviam vel in dei contemptum.
Non debet mulier uti veste viri nec
viri veste feminea nisi propter

aliquam necessitatem. Artifices enim non
licite possunt facere ea quorum usus per se
est malus ut ut in pluribus quia videntur
dare occasionem peccati. Possunt tamen licite
facere ea quorum usus potest esse bonus
et malus. Unde facientes ornatum
mulierum decentem non peccant. Peccant
tamen si faciunt superflua et curiosa.

Osculum 17 e

Amplexus et attactus (in sexta parte)
ipsius et huiusmodi non sunt de suo genere peccata
mortalia quia possunt fieri absque libidine
ut propter consuetudinem patrie ut propter
necessitatem aut rationabilem causam. Sunt tamen
peccata mortalia ex sua causa puta
libidine. Consensus enim in actum peccati
mortalis vel in delectationem est peccatum
mortale. Oscula autem et amplexus
et huiusmodi fiunt propter delectationem.
15 ...

Paciencia

Paciens proprie dicitur qui
magis vult mala non
faciendo mala sustinere quam
non sustinendo committere. Unde
paciencia est virtus conservans bonum
rationis contra impetum passionum tristicie
que efficax est ad impediendum bonum
rationis. Et quia per aliquas perditur
bonum rationis et generaliter omnibus naturalibus
bonis ex quorum amissione potest
causari dolor non potest fieri nisi